

monasterium eorundam magnis sumptibus construatur, ad quorum completionem & consunpmacionem fratrum dicti loci sine liberali fidelium subuentione proprie non suppetant facultates, Omnibus uere penitentibus & confessis qui ad edificium ecclesie predicte seu eciam monasterij manum porrexerint adiutricem quilibet nostrum XL dies, Dummodo Reuerendi &c. *lika med föregående N:o 1283, ända till slut.*

Alla 3 Sigillen mycket skadade.

1285.

1299 d. 6 Sept.

Telge.

Biskoparne i Linköping och Strengnäs LARS's och YSARS likalydande aflatsbref.

A. 3. c. 3.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis, LAURENCIUS Lyncopensis, YSARUS strengianensis dej gracia Episcopi &c *lika med nästföregående N:o 1284, ända till slut.*

Alla 3 Sigillen bortfallna.

1286.

1299. d. 6 Sept.

Telge.

Biskoparne i Skara och Strengnäs BRYNHOLFS och YSARS likalydande aflatsbref.

A. 3. c. 4.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, BRÛNIULPHUS. skarensis, & YSARUS strengianensis dei gracia Episcopi, &c. *lika med N:o 1283, ända till slut.*

Sigillet N:o 1 bortfallet, N:o 2, 3, skadade.

1287.

1290 d. 30 Sept.

Skenninge.

BENGT PETERSSONS Salubref på Haoahult, Botildaboda och Mykleboda i Wärend, hvilka Peter Öjarsson köpt och betalt med 22 marker silfver, sedan de förut, enligt bruket derstädes, varit släkten hembjudna.

J. 6 . . 240. v.

Omnibus præsentis literas visuris uel audituris, BENEDICTUS PÆTHERSON, salutem in Domino. Notum facio per præsentis, me bona quædam in siluis wärendiæ, in provincia opwidinga häradh dicta, uidelicet, Haoähult, Botildaboda et Myklähult, cum siluis, piscationibus, pratis, agris, et omnibus alijs eisdem adiacentibus, quæ hactenus ibi possedi, et quos omnibus propinquis, secundum leges legiferatus wärendie, in Decem provincijs emen-

da exhibui, et pro quibus totum prædium, quod in Rosslöso habui, Dilectæ vxori meæ legaliter cum festum et kiöpum contuli, de beneplacito eiusdem ac filij sui, Haquini dicti Lämä, Discreto viro Petro Öyarsson, pro viginti duabus marchis, argenti puri, vendidisse. Quod supradicti propinqui emere noluerint. Et insuper me totum argentum recepisse. Testes huius venditionis qui præsentés fuerunt sunt hi Dominus Thuco Ionsson, Dominus K. plebanus de Linderåss, frater P. prior Skäningsis, Ciues Skäningsis, Vbsalensis, Esbernus Hånsa päho, peregrinus, et plures alij fidedigni. Ad cuius evidentiam et firmitatem plenioré, sigillum Domini B. Regis Svecorum illustrissimj, et Domini Th. Knutzssons, Marscalchj eiusdem. necnon et sigilla, Domini Thuconis Ionssons, Fratris prioris P. Skäningsis, meum, Dilectæ vxoris meæ, Ingeburgis, et Haquini Lämä, filij sui præsentibus sunt appensa. Datum Skäningie. Anno Domini, M. CC. XC. IX. pridie Calendas Octobris.

Af sigillen hafva, enligt ritningarne, N:o 1, 2, 4, 6 varit borta, N:o 3, 5, 7 oskadade.

1288.

1299 d. 27 Oct.

Westerås.

Westerås Domkapitels Fullmakt för kanikerne JOHAN och TIDEMAN, att såsom dess fullmäktige ombud hos Erkebiskopen i Upsala begära stadfästelse på Domkapitlets val af Domprostén Håkan till Biskop.

A. 2.

Vniuersis presentes Litteras inspecturis Capitulum ecclesie Arosiensis salutem in christo sempiternam. Nouerint vniuersi Quod nos discretos viros dominos Johannem et Tidhemannum concanonicos nostros ordinamus facimus et constituimus procuratores nostros et nuncios speciales ad comparandum coram reuerendo patre nostro et domino, Nicolao archiepiscopo vpsalensi et ad petendum confirmationem eleccionis in nostra ecclesia nuper facte de uiro discreto domino Haquino preposito nostro, dantes eisdem procuratoribus plenam et liberam potestatem eleccionis dicte negocium prosequendi, ac defendendi, in animas nostras si necesse fuerit iurandi, et alia omnia et singula faciendi que veri et legitimi procuratores facere debent et possunt et que circa predicta necessaria fuerint ac eciam oportuna, promittentes nos ratum et gratum habituros quidquid per dictos procuratores nostros factum fuerit in premissis. In cuius rei euidenciam presentibus sigillum nostri capituli duximus apponendum. Actum anno domini Millesimo. ducentesimo. Nonagesimo, Nono, In vigilia apostolorum symonis et Jude.

Sigillet bortfallet.